Cim.
97
Cim. 97

Cim. 97 (= 2° Theol. 479)

Universitäts-
München
Bibliothek

Conf. Panzer IX. 380. 69.

Ad Biblioth. Universit. Ingolst.
J.D.S.

Oratio ad ſuũ ꝓpriũ angelũ.

Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori. Et ſis mihi cu=ſtos omĩbus diebus vite mee. Deus Abrahã. Deus Yſaac. Deus Jacob miſerere mei. Et mitte in adiutoriũ meum pro=prium angelũ glorioſiſſimũ: qui defendat me hodie: et ꝓte=gat ab omĩbus inimicis meis Sctē Mihael archangele. De=fende me in ꝑlio: vt non pereã in tremendo iuditio. Archan=gele chriſti. Per gratiam quã

meruiſti a domīo: te deprecor
per vnigenitum dei dominū
Jheſum chriſtum: vt eripias
me hodie a periculo mortis et
diaboli inſidijs. Sctē mihael.
Sancte gabriel. Sctē raphael
Omnes ſctī angeli et archan-
geli dei ſuccurrite mihi pecca-
tori: precor vos omēs virtutes
celorū: vt mihi per ſum̄i regis
potentiam detis auxilium: ꝙ
nullus inimicus me condem-
nare poſſit: nec in via amen:
nec in domo amen: nec extra

domũ: nec dormiẽtem: nec vi=
gilantẽ. Ecce crucẽ dñi fugi
te ꝑtes aduerſe. Vicit leo de tri
bu iuda. Radix dauid allelu=
ia. Saluator mũdi ſalua me:
qui per crucem et ſanguinem
tuum redemiſti me Auxiliare
mihi deus meus Agyos agy=
os agyos. Crux chriſti pro=
tege me Crux x̄pi ſalua me.
Crux chriſti defende me ab
omĩ malo: preſenti: preterito:
et futuro: in nomine patris
et filij et ſpiritus ſancti. Per

eū̃ qui vēturus eſt iudicare
viuos et mortuos Amen.

Oratio ad beatiſſimā dei ge=
nitricem virginem Mariam.

OBſecro te dn̄a ſctā Ma=
ria: mat̃ dei pietate ple=
niſſima: ſum̄i regis filia. Ma=
ter glorioſiſſima: mat̃ orpha=
norum: conſolatio deſolatorū
via errātiū: ſalus ~~et ſpes~~ omnium in te
ſperātium: virgo ante partū:
virgo in partu: virgo pꝰ par=
tum: fons miſericordie: fons
ſalutis et gratie: fons pietatis

et letitie

fons vite & venie

et letitie: fons conſolationis ⁊
indulgentie: per illam ſanctã
ineſtimabilem letitiã: qua ex-
ultauit ſpũs tuus in illa hora, in qua
quãdo tibi ꝑ gabrielẽ archan-
gelũ annũciatus ⁊ conceptus
filius dei fuit. Et per illud di-
uinum miſterium quod tunc
operatꝰ eſt in te ſpiritus ſctũs
Et per illam ſctãm ineſtima-
bilem pietatem: gratiã: miſe-
ricordiam: amorem. et humi-
litatem. per quas filius dei de
ſcendit accipe humanã carnẽ

in venerabiliſſimo vtero tuo·
Et in quibꝰ te reſpexit quādo
te cōmendauit ſancto Joan=
ni apoſtolo et euañgeliſte· Et
quādo te exultauit ſuper cho=
ros angelorum et archāgelo=
rum· Et per illā ſanctā ineſti=
mabilem humilitatē: in qua
reſpondiſti archangelo gabri=
eli· Ecce ancilla dñi: fiat mihi
ſecundum verbum tuum· Et
per illa ſanctiſſima q̄ndecim
gaudia: que habuiſti: de filio
tuo domino noſtro Jeſu cri=

ſto. Et per illam ſanctã maxi-
mam cõpaſſionem: et acerbiſ-
ſimum cordis dolorem quem
habuiſti: quando dominũ no- + Filium tuum
ſtrum Jeſum criſtũ ante cru-
cem nudatum: et in ipſa leua-
tum vidiſti pendentem: cruci-
fixum: vulneratum: ſitiẽtem
fel apponi: hely clamantẽ au-
diſti: et morientem vidiſti. Et
per quinque vulnera filij tui.
Et per contractionem viſcerũ
+ ſuorum pre nimio dolore vul-
nerum Et per dolorem quem

habuiſti: quando vidiſti eum
vulnerari: et ꝑ fontes ſangui-
nis ſui Et ꝑ omnē compaſſio-
nem eius. Et per omēm dolo
rem cordis tui. Et ꝑ fontes la-
crimarū tuarū: vt cū omibus
ſctīs ꝛ electis dei venias ꝛ feſti
nes in auxiliū et cōſiliū meū:
ꝯpetitionibꝫ
in oībus oratiōibus et requeſti-
tis meis. Et in omībus angu-
ſtijs et neceſſitatibus meis. Et
in omībus rebus illis: in qui-
+ aliquid
bus ego ſum facturus: locutu
rus: aut cogitaturus. Omni-

bus diebus ac noctibus: horis
atqꝫ momentis vite mee. Et
mihi famulo tuo N. et oībus
amicis meis: impetres a dile-
cto filio tuo complementum
bonum cum omni miſericor-
dia et conſolatiōe. Omni con-
ſilio: omī auxilio et adiutorio.
Omni benedictione et ſancti-
ficatiōe: omī ſaluatione: pace:
et proſperitate. Omni gaudio
et alacritate. Etiā habundan-
tiam omnium bonorum ſpi-
ritualium: temporaliū: et cor-

+ Dño nostro Jesu Christo virtutum omnium

poralium. Et gratiã ſpiritus
ſancti qui me bene per omnia
diſponat: animam meam cu
ſtodiat. Corpus meum regat:
Et prorogat mentem erigat: curſum diri=
gat: ſenſum infundat: mores
componat: actus probet: vo=
ta et deſideria mea perficiat.
Cogitationes ſanctas inſtitu=
at: preterita mala indulgeat:
preſentia emendet: futura mo
deretur. Vitam honeſtam et
q castam honorabilẽ mihi tribuat. Bo=
nam ſpem: charitatẽ: fidem:

Spem & charitatem mihi prestet. articulos fi

caſtitatem: humilitatē: et pati
entiam. Quinqȝ ſenſus corpo
ris mei regat et protegat. Se
ptem opera miſericordie com
plere me faciat. Et decem p̄cep
ta legis firmiter tenere et cre
dere me cōcedat. Et duodecim
articulos fidei: et a ſeptē pecca
tis mortalibus me liberet et de
fendat: vſqȝ in finem vite mee
Et in nouiſſimis meis diebus
oſtende mihi glorioſiſſimam
faciē tuā. Et annūcies mihi
diem ꝛ horam obitus mei. Et

dei firmiter
credere & pre
cepta legis
obseruare me
me faciat:
sensus corpo
ris mei regat
& protegat.

+ semper

meum

hanc oratiõem meam ſuppli-
tem ſuſcipias et exaudias: et
vitam eternam mihi tribuas
Audi et exaudi me o dulciſſi-
ma Maria: mater dei et miſe-
ricordie Amen.

Sui ipſius in deũ cõmendatio

Domĩe deus: fili dei: me-
mento promiſſiõis tue:
ex tuo ſacratiſſimo ore: tum in
humanis eſſes. Cuilibet in te
credentẽ ac ſequentẽ: eternam
vitam promiſiſti. Unde in pre
ſentiarum hac die: et alijs die-

bus credere in te nūquam er-
rabo: hoc proteſtor: ſequi quoqꝫ
veſtigia tua. Quantū huma-
na fragilitas patitur omnīo
volo: ac ſpero. Recedant a me
omnes inmūditie: cogitatio-
nes: vt legem tuam abſqꝫ cor-
ruptione ſeruare poſſim. Re-
cedat a me hac die omīs ſpiri-
tus ſathane: ac ſeruitores iude
ne mihi noceant in anima et
corpore: vt tibi laudes eternas
dicere poſſim Per omnia ſecu
la ſeculorum Amen.

De Sancta Barbara.

DEus qui virgini ⁊ mar
tiri tue Barbare cun=
ctis eius memoriam facienti=
bus veñiam peccatorum ſuo=
rum conceſſiſti. Et in die iudi=
cij nullā fieri memoriā de eoꝝ
negligentijs angelica voce re=
uelaſti. Concede propitius: vt
id quod in die obitus ſui a te fi
deliter impetratum extitit (vt
pie credimus) in die iuditij mi
ſericorditer valeamꝰ obtinere
Per chriſtū dn̄m noſtrū Amē

De Sancto Sebaſtiano

Deus qui beatū Seba-
ſtianū glorioſum mar
tirem tuū in tua fide ⁊ dilectio
ne tam ardenter ſolidaſti: vt
nullis carnalibus blādimētis
nulliſqȝ carnificū: gladijs ſiue
ſagittis aut tormētis a tua cul
tura potuit reuocari. Da no-
bis queſumꝰ miſeris peccato-
ribus: et indignis: eius meri-
tis et interceſſiōibus: in tribu-
latione auxilium: in perſecu-
tione ſolatium: in omni tribu

latione et anguſtia: ac contra
epidimie remedium. Quate
nus poſſimus contra cũctas
diabolicas inſidias viriliť di
micare: mundum et ea que in
mũdo ſunt omnino deſpicere:
nullaqꝫ eius aduerſa formida
re: ſuperbiã et vanam gloriã:
noxam iram: cordis omnem
inmũditiã: cum omnibus vi
cijs ſuꝑare: et que a te ipſa ſunt
recta ſemper intentione ⁊ age
re et perficere. Per chriſtũ do
minum noſtrum Amen

De Sancto Georgio

Omnipotens ſempiterne deus. Qui deprecantiū voces benignus exaudis Maieſtatem tuam ſupplices exoramus: vt ſicut in honore beati et glorioſi martiris tui Georgij: draconem̄ a puella ſupperare voluiſti: ita eiuſdē interceſſione hoſtes noſtros viſibiles et inuiſibiles: ne nocere nobis valeāt precedere digneris. Per chriſtum dominum noſtrum Amen.

Proprie ſue fragilitatꝭ: cũ gra tiarũ actione in deũ cognitio.

Gratias tibi ago omĩpo tens deus: de tua in me innumerabili et ĩmerita gra= tia. Quod me pauperẽ tuã cre aturã: abſqꝫ meis meritis: ita pre ceteris de omĩbus terrenis dotaſti: et filiũ eternitatꝭ (ſi vo lo) creaſti: et ita mira in omni bus ſaturitate: vnde te adoro: laudo: et glorifico ineternum Nec ego miſerabilis peccator: ſi omni die multas horas ge=

nibus flexis corã te ſtarẽ: tibi
ſufficiẽter de hoc gratiarũ acci
ones condignas ꝓferre valerẽ
Sed dñe mi: recordare ineffa-
bilẽ tuã miſericordiã: qui mu-
lierẽ infirmã ex tuo tantũmo
do zelo: et fide firma: fimbriã
veſtimẽti tangentẽ curaſti:
ita o pijſſime deus: capias de
me humili tuo ſeruitore: talẽ
zelũ: fidẽ et amorẽ in te: vt hac
breui oratione ꝓ hac die et om
ni tẽpore: tuã valeam gratan-
ter p̃fatam recognoſcere: et re-

compenſare chriſtianam crea-
tionem: et inmeritã muñera-
tionẽ. Et per interceſſionẽ glo-
rioſe virginis Marie: et meoꝝ
ſanctorum quos ſingulariter
inuoco: vt meã inuocatiõem
in auribꝰ tuis cõdignã facere
digneris. Qui viuis et regnas
deus. Per oĩa ſecula ſeculorũ.

Quicũqꝫ hanc oratiõem de-
uote dixerit: eadem oratio in
agone mortis ſue: ſibi in me-
moriã veniet: et adiumẽtum
et conſolationem preſtabit.

O Dulciſſime domine ie-
ſu Chriſte: qui hominē
rectū ad ſimilitudinē et ima-
ginem tuam creaſti: eiqꝫ libe-
rum arbitrium et vniuerſorū
dominatum tribuiſti: et vt pri
mi parentis inobedientiam:
et peccati lapſum aboleres: ex
glorioſiſſima virgine Maria
ꝑ noſtra redemptione naſci:
⁊ circumcidi voluiſti: a iudeis
reprobari: a iuda oſculo tradi:
Capi: ac cum vinculis Anne:
Cayphe: Herodi: et Pilato of-

ferri. Coram illis illudi. Ala-
pis: flagellis: arundine cedi:
facie velari: ſputo conſpui: ſpi-
nis coronari: falſis quoque: te-
ſtibus accuſari. Judicari: ⁊ vt
agnus innocēs tuam crucem
ferēdo ad victimam duci: cla-
uis perforari: felle et aceto po-
tari. Morteq; turpiſſima con-
dempnari. Lancea vulnerari
de cruce deponi: in monumē-
to ſepeliri. Reſurgere die ter-
tia: celos aſcendere: ⁊ ad dexte-
ram dei patris ſedendo. Pro-

miſſum ſanctum ſpiritum di=
ſcipulis mittere: et inde ventu
rus es: iudicare viuos et mor=
tuos: ſingulis pro meritis bo=
num vel malum redditurus.
O cor humanum omni ſaxo
durius. Si ad redēptoris mei
paſſionis memoriā nō emol
liar. O conditor celi et terre.
Rex regum: et dominus do=
minantium. Qui me exiguā
creaturam tuam: vt populo
tuo preeſſem ex nihilo conſti=
tuiſti. Quem ego peccator: nō

ſum dignus nominare: inuo-
care: neqꝫ cogitare. Has ſalu-
berrime paſſionis tue comme
morationes: tibi offero immē
ſas. Sed vtinam deuotas: et
acceptas. Obſecrans tuam in
effabilem miſericordiam do-
mine Ieſu Chriſte: vt in corde
meo crucem tuam: continua
memoria erigas: et me tuam
paſſionem: et mortem iugi-
bus gratiarumactionibus re-
cognoſcere facias. Ac per eaſ-
dem tuas ſanctiſſimas penas

et mortem precioſiſſimam: et
ꝑ merita: et preces beatiſſime
ſemper virginis Marie omni
umque ſanctoꝝ me maximū
peccatorem. N. famulum tuū
ab anguſtijs cunctis eripere:
a dyaboli laqueis: a peccatoꝝ
vinculis: ab om̄ibus inimicis
aīme et corporis viſibilibus et
inuiſibilibus ⁊ om̄i malo libe
rare et ꝓtegere digneris. Con-
cedeq; : vt om̄es mee volunta-
tes: et actiones placite ſint tue
pietati: ſalutiq; anime mee cō-

ueniant. Tua gratia ac ſan-
cta pace: omniqȝ virtute me re
ple: et in his vſqȝ ad mortem
perſeuerare indulge: et ad ce-
leſtis regni gloriam ſempiter-
nam me poſt huius vite cur-
ſum fac peruenire. Qui cũ pa-
tre et filio et ſpiritu ſancto: vi-
uis et regnas deus. Per om-
nia ſecula ſeculorum Amen.

Poſt eleuationem corporis et ſanguĩs dñi noſtri ieſu chriſti.

IN preſentia Corporis ⁊
ſanguinis tui domine

Jeſu chriſte tibi me commen-
do: vt per virtutem ſancte cru-
cis: benedicas et protegas me
omnibus horis atqꝫ momen-
tis: ab hoſtibus viſibilibus et
inuiſibilibus. Et precor te pro-
pter glorioſum nomē tuum:
vt de tua pietate mihi boñum
finem largiaris: vt nūquam
ſpiritus meus egrediatur: ni-
ſi in bonis operibus: et in fide
catholica. Et vt nunquam cō-
ſummam finem meum: niſi
prius emēdatus fuero ab omī-

bus delictis meis : vt peccata
mea in hoc carnis ergaſculo
deleam : et eternitatis glori-
am conſequi merear. Amen.
Domine Jeſu chriſte: qui mū
dum vniuerſum proprio ſan-
guine redemiſti. Exaudi me
peccatorem quottidie peccan-
tem: et in peccatis nimis iacē-
tem: tibi ſoli peccaui : te chriſte
confeſſus. Ego peccaui coram
te ⁊ coram angelis tuis: in ver
bis ⁊ in factis: in omnibus co-
gitationibus quibus excogi-

tare potui: infelix ego homo:
innumerabilia delicta mea.
Om̄ipotens deus veniam pe=
to coram te: et coram angelis
tuis: et ſanctis tuis: de vniuer=
ſis peccatis meis: preſentibus
preteritis et futuris: deus pro=
pitius eſto mihi pctōri Amē.

Pro bn̄factoribꝰ interpellatio.

Domine Jeſu chriſte ſu=
ſcipe preces mei peccato
ris ꝑ animabus fidelium de=
functorum. Qui maieſtatem
tuam pro me exorauerunt: et

qui ſe in preces meas comme-
dauerũt: et quorum diuitias:
⁊ bona recepi: et pro omnibus
qui de terrenis facultatibus ſu
is ſolatia mihi prebuerũt: vel
qui proprijs membris: labo-
rando mihi obſequia exhibue
runt: et mortem paſſi ſunt: et
pro omnibus ex quorum car-
ne originẽ duxi carnis: vel qui
mihi carnali ꝓpinq̃tate iun-
cti ſunt: vel qui in me: vel pro-
pter me: et me prouocãte quo-
libet modo peccauerunt: vel

bonum quod agere debuerũt
neglexerunt: et libera eas ab
omnibus penis: et anguſtijs:
et perduc eas ad requiem ſem
piternam. Qui venturus es
iudicare viuos et mortuos et
ſeculum per ignem Amen.
Verſi. Ne tradas beſtijs ani=
mas confitentes tibi. Et ani=
mas pauperum tuorũ ne ob=
liuiſcaris infinem.
Omnipotens ſempiterne
deus: qui humanũ cor=
pus de limo terre formaſti ex=

audi preces quas tibi pro ani-
mabus fideliũ parẽtum meo-
rum defunctorum effundo:
et per ſacrum corporis et ſan-
guinis tui miſterium: et per
vexillum ſancte crucis: libera
eas a tormento mortis eterne:
⁊ ne derelinquas eas quia ſpe
rauerunt in te. Pſalmus.
De profũdis clamaui ad
te domine: domine ex-
audi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes:
in vocem deprecationis mee:

Si iniquitates obſeruaueris
domine: dñe quis ſuſtinebit.
Quia apud te propitiatio eſt:
et propter legem tuam ſuſti-
nui te domine.
Suſtinuit anima mea in ver
bo eius: ſperauit anima mea
in domino.
A cuſtodia matutina vſqꝫ ad
noctem: ſperet iſrael in dño.
Quia apud dñm miſcdia: et
topioſa apud eum redẽptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex om̄ibꝰ
iniquitatibus eius. Gloria.

Euangelium Joannis.

In principio erat verbū
et verbū erat apud de-
um: et deus erat verbū. Hoc
erat in principio apud deum
Om̄ia per ipſum facta ſunt: ⁊
ſine ipſo factū eſt nihil: quod
factum eſt in ipſo: vita erat: et
vita erat lux hominum: ⁊ lux
in tenebris lucet: et tenebre eū
non comprehenderūt. Fuit
homo miſſus a deo: cui nomē
erat Joannes. Hic venit in te
ſtimonium: vt teſtimonium

perhiberet de lumine: vt om̄es
crederent per illum. Non erat
ille lux: ſed vt teſtimoniū per
hiberet de lumine. Erat lux ve
ra: que illuminat omnem ho-
minē venientem in hunc mū-
dum. In mundo erat: et mū-
dus per ip̄m factus eſt: et mū-
dus eum non cognouit. In
propria venit: et ſui eum nō re-
ceperunt. Quotquot autē re-
ceperunt eum: dedit eis pote-
ſtatem filios dei fieri: his qui
credunt in nomine eius. Qui

non ex ſanguinibus: neqꝫ ex
voluntate carnis: neqꝫ ex vo-
lũtate viri: ſed ex deo nati ſunt
Et verbum caro factum eſt: et
habitauit in nobis. Et vidi-
mus gloriã eius: gloriã quaſi
vnigeniti a patre: plenũ gra-
tie et veritatis. Deo gratias.
Per euangelica dicta. Deleã-
tur vniuerſa noſtra delicta.

Pſalmus.

Miſerere mei deus: ſecū-
dum magnam miſeri-
cordiam tuam.
Et ſecundum multitudinem
miſerationum tuarum: dele
iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniqui-
tate mea: ⁊ a peccato meo mū
da me.
Quoniam iniquitatem meā
ego cognoſco: et peccatū meū
contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui et malum co

ram te feci: vt iuſtificeris in ſer
monibus tuis: et viñcas cum
iudicaris.
Ecce enim iniquitatibus con-
ceptus ſum: et in peccatis con-
cepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti:
incerta et occulta ſapientie tue
manifeſtaſti mihi.
Aſperges me domine yſopo:
et mūdabor: lauabis me: et ſu-
per niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū
et letitiam: et exultabunt oſſa

humiliata.
Auerte faciem tuam a pecca-
tis meis: et omnes iniquitates
meas dele.
Cor mundum crea in me de-
us: et ſpiritū rectum innoua
in viſceribus meis.
Ne proiitias me a fatie tua: et
ſpiritum ſanctū tuum ne au-
feras a me.
Redde mihi letitiā ſalutaris
tui: et ſpiritu principali con-
firma me.
Docebo iniquos vias tuas: et

impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus de
us deus ſalutis mee: et exulta-
bit lingua mea iuſtitiā tuā.
Domine labia mea aperies:
et os meum annūciabit lau-
dem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrifi-
tium dediſſem: vtiqꝫ holocau-
ſtis non delectaberis.
Sacrifitium deo ſpiritus con
tribulatus: cor contritū et hu-
miliatū deus non deſpities.
Benigne fac domīe in bona

voluntate tua ſyon: vt edificē-
tur muri hieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificium
iuſticie: oblationes et holocau
ſta: tunc imponent ſuper alta
re tuum vitulos. Gloria.

Sancte et indiuidue trinitatis
ſupplex inuocatio.

Adoro te deum patrem
et filium et ſpiritū ſan-
ctum: vnā diuinitatem: equa-
lem gloriam: coeternam ma-
ieſtatem: tu es deus verus: et
nō eſt alius preter te: tu es ado

randus: colendus tremendus
et venerandus: in trinitate et
vnitate: tu es dominator om-
nium gentium: et ſaluator ho
minum: deus propitius eſto
mihi peccatori: quia non ſum
dignꝰ: ego peccator leuare ocu
los meos ad celum. Nec reſpi-
cere ad te deum omnipotentē
p̄ multitudine peccatoꝝ meo-
rum: ſed tu miſericors condi-
tor et redemptor noſter: qui es
coeternus: coeq̄lis patri: quia
peccatores ſaluare veniſti mi-

ſerere mihi peccatori: omnium
iniquitatum pondere pregra-
uate. Auſer a me miſericors
deus: omnia mala preterita
p̄ſentia et futura: interueniēte
beata dei genitrice Maria ſem
per virgine cū omnibus ſan-
ctis: mitte mihi adiutoriū de ce
lis: vt non dominetur in me
iniquitas mea: ſed de illa agā
penitentiam que ſit tibi placi-
ta: vt poſſim ad tuam miſeri-
cordiam peruenire: deus qui
ſolus habes ſapientiā: tu ſcis

domine que mihi peccatori ex-
pediunt: ideo prout tibi placet
et ſicut bonum in oculis diui-
ne maieſtatis tue videtur: ita
de me fiat. Suſcipe pater cle-
mens preces famuli tui: ⁊ per
ueniant ad aures tuas oratio-
nes mee: quas pro me miſero
peccatore coram te effundo: et
coram ſanctiſſima Maria vir-
gine matre tua: et omnibus
ſanctis tuis Amen. Domine
deus meus: dirige pedes me-
os in viam pacis: ⁊ eterni an-

geli dei atqꝫ archangeli dei cu
ſtodite me. Michael. Gabriel.
Cherubin: atqꝫ ſeraphin: qui
ſtatis ante thronum dei cuſto
dite me ab omnibus iniquis
cũctiſqꝫ malignis ſpiritibus.
Deprecor vos: per dominum
noſtrum Jeſum chriſtum: vt
retineatis om̃es aduerſarios
vel inſidiatores: qui nocere mi
hi volunt: vt ſim liberatus de
manibus inimicorum meo=
rum: viſibilium ⁊ inuiſibiliũ:
benedicam nomen ſanctum

dei quod glorioſe honorifica-
tū eſt in ſecula ſeculoꝝ Amen

De ſancto Georgio.

O Georgi miles Chriſti:
paleſtinā deuiciſti ma-
nu tua valida. Ortus tuus ge
neroſus: actus tuus bellicoſus
fides erat feruida: per lanceā
in vibrantem et draconem vul
nerantē: viuit regis filia. Sic
in ſancta trinitate: de Silena
ciuitate: credunt multa milia:
princeps ferox et inſanus: cuiꝰ
nomē Datianus: corpus tuū

lacerat: te veneno bis potauit:
et in plumbo balneauit: pena
grauis fuerat: penam tuã mi=
tigauit. Chriſtus cum te viſita
uit: recluſum in carcere. Hic
nos ſaluet a peccatis: vt in ce=
lo cum beatis: poſſimus qui=
eſcere Amen.

De ſancta Appolonia.

Deus pro cuius ſanctiſſi
mi noĩs tui amore: be=
ata appolonia virgo et mar=
tir amaram dẽtium excuſſio=
nem ſuſtinuit. Preſta queſu=

mus: vt omnes qui eius vene
randam memoriam: pia de-
uotione frequētant: ab anxio
dolore dentium immunes cu-
ſtodias: et poſt aduerſas pre-
ſentis ſeculi erumnas: ad bea
te patrie gaudia ꝑducas. Per
chriſtum dñm noſtrū Amen.

De ſancto Mathia.

Maiorem Caritatem ne-
mo habet: vt animam
ſuam ponat quis pro amicis
ſuis. Verſi. Memores erūt no-
minis tui domine: in omni ge

neratione et generationem.
Deus qui beatum Mathiam
tuoꝝ apoſtolorum collegio ſo
tiaſti: tribue queſumus: vt ei
us interuentiõe tue circa nos
pietatis: ſemper viſcera ſentia
mus. Per chriſtum dominũ
noſtrum Amen.

De ſancto Andrea.

Andreas chriſti famulꝰ
dignus dei apoſtolus
germanus petri: et in paſſio
ne ſotius. Ver. Dilexit andre
am dñs: in odorẽ ſuauitatis.

Oremus. Maieſtatem tuam
domīe ſuppliciter exoramus:
vt ſicut eccleſie tue beatus An
dreas apoſtolus extitit: predi=
cator et rector. Ita apud te ſit
ipſe ꝓ nobis perpetuus inter=
ceſſor. Per chriſtum dominū
noſtrum Amen.

De ſancto Maximiliano.

GEme confeſſor domini
preſul regꝭ eterni Maxi=
miliane: conſors ſanctoꝝ: con
ciuis celeſtium: exaudi preces
tuoꝝ: ſumme vota ſupplicū: ⁊

pro nobis regē regum ipſum
poſce dominum. Verſi.
Ora ꝓ nobis beate pater Max
imiliane. Reſpon. Ut digni
effitiamur promiſſione xp̄i.
Oremus. Deus qui populo
eterne ſalutis beatum Mari=
milianum miniſtrum cōceſſi
ſti: preſta queſumus: vt quem
doctorē vite habuimus in ter=
ris: interceſſorem ſemper ha=
bere mereamur et in celis Per
chriſtum dominum noſtrum
Amen.

Contra Potentes. Pſalmus.

Miſerere mei deus: quo-
niam in te confidit ani
ma mea.

Et in vmbra alarum tuarum
ſperabo: donec tranſeat iniqui
tas.

Clamabo ad deū altiſſimū:
deum qui benefecit mihi.

Miſit de celo ⁊ liberauit me: de
dit in opprobrium conculcan-
tes me.

Miſit deus miſericordiā ſuam
et veritatem ſuam: et eripuit

animam meam: de medio ca
tulorum leonum dormiui cō-
turbatus.
Filij hominum dētes eorum
arma et ſagitte: et lingua eo-
rum gladius acutus.
Exaltare ſuper celos deus: et
in omnem terrā gloria tua.
Laqueum parauerunt pedi-
bus meis: et in curuauerunt
animam meam.
Foderunt ante fatiem meam
foueam: et inciderūt in eam.
Paratum cor meum: deus pa

ratum cor meum: cantabo et
pſalmum dicam.
Exurge gloria mea: exurge
pſalteriū et cithara: exurgam
diluculo.
Confitebor tibi in populis do-
mine: et pſalmum dicam tibi
in gentibus.
Quoniā magnificata eſt vſqꝫ
ad celos miſericordia tua: et
vſqꝫ ad nubes veritas tua.
Exaltare ſuper celos deus: et
ſuper omnem terram gloria
tua. Gloria.

Duo pſalmi dicendi. Quādo bellum adeundum eſt.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in ꝓtectione dei celi commorabitur.

Dicet domino ſuſceptor meus es tu: et refugiū meum: deus meus ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venātium: et a verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: ⁊ ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circumdabit te veritas

eius:non timebis a timore no
cturno.
A ſagitta volante in die: a ne-
gotio perambulante in tene-
bris: ab incurſu ⁊ dmoñio me
ridiano.
Cadent a latere tuo mille: et
decem milia a dextris tuis: ad
te autem nõ appropinquabit
Verũtamen oculis tuis con-
ſiderabis: et retributionẽ pec-
catorum videbis. Quoniam
tu es domine ſpes mea: altiſſi-
mum poſuiſti refugium tuũ.

Non accedat ad te malum: et
flagellum non appropinqua
bit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis ſuis deus
mãdauit de te: vt cuſtodiãt
te in omnibus vijs tuis.
In manibus portabũt te: ne
forte offendas ad lapidem pe-
dem tuum.
Super aſpidem et baſiliſcum
ambulabis: et conculcabis leo
nem et draconem.
Quoniã in me ſperauit libe-
rabo eum: protegã eum quo-

niam cognouit nomen meū.
Clamauit ad me et ego exau-
diam eum: cum ipſo ſum in
tribulatione: eripiam eum: et
glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo
eum: et oſtendam illi ſalutare
meum.

Pſalmus Dauidis.

Iudica domine nocēn-
tes me: expugna impu-
gnantes me.
Apprehēde arma et ſcutum:
et exurge in adiutorium mihi

Effunde frameam et conclu-
de aduerſus eos: qui ꝑſequun
tur me: dic anime mee ſalus
tua ego ſum.
Confundantur ⁊ reuereãtur
querentes animam meam.
Auertant̄ retrorſum et cõfun
dantur: cogitãtes mala mihi.
Fiant tanquã puluis ante fa
tiem venti: et angelꝰ domini
coartans eos.
Fiant vie illorum tenebre: et
lubricum: et angelus domini
perſequens eos.

Quoniã gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui: ſuperuacue exprobrauerũt animam meam.
Veniat illi laqueus quẽ ignorat: et captio quam abſcondit apprehendat eum: et in laqueum cadat in ipſum.
Anima autem mea exultabit in domino: et delectabitur ſuper ſalutari ſuo.
Omnia oſſa mea dicent: dñe quis ſimilis tui.
Eripiens inopẽ de manu for-

tiorum eius egenum: et pau-
perem ab irripientibus eum.
Surgentes teſtes iniqui que
ignorabā: interrogabant me:
retribuebant mihi mala pro
bonis: ſterilitatē anime mee.
Ego autem cum mihi mole-
ſti eſſent: induebar cilitio.
Humiliabam in ieiunio ani-
mam meam: ⁊ oratio mea in
ſinu meo conuertetur.
Quaſi proximū et quaſi fra-
trem noſtrum: ſic complace-
bam: quaſi lugens et contri-

ſtatus ſic humiliabar.
Et aduerſum me letati ſunt ⁊
conuenerunt: cōgregata ſunt
ſuper me flagella: ⁊ ignoraui
Diſſipati ſunt: nec compūcti
temptauerunt me: ſubſanna-
uerūt me ſubſannatiōe: fren-
duerunt ſuper me dentibus
ſuis.
Domine quando reſpities re-
ſtitue animam meam a ma-
lignitate eorū: a leonibus vni-
cam meam.
Confitebor tibi in eccleſia ma-

gna: in populo graui lauda-
bo te.
Non ſupgaudeant mihi qui
aduerſantur mihi inique: qui
oderunt me gratis: et annuūt
oculis.
Quoniā mihi pacifice loque-
bantur: et in iracundia terre
loquentes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt ſuper me os
ſuum: dixerunt euge euge vi-
derunt oculi noſtri.
Vidiſti domine ne ſileas: do-
mine ne diſcedas a me.

Exurge domine ⁊ intende iu-
ditio meo deus meus: ⁊ domi
nus meus in cauſam meam.
Judica me ſecundum iuſtiti-
am tuam domĩe deus meus:
et non̄ ſuper gaudeant mihi.
Non dicant in cordibus ſuis
euge euge anime noſtre: nec
dicant deuorabimus eum.
Erubeſcãt ⁊ reuerãtur ſimul:
qui gratulantur malis meis.
Induantur confuſione et re-
uerentia: qui maligna loquũ
tur ſuper me.

Exultent ⁊ letentur qui volũt
iuſtitiam meam: ⁊ dicãt ſem-
per magnificetur dominus:
qui volunt pacem ſerui eius.
Et lingua mea meditabitur
iuſtitiam tuam: tota die lau-
dem tuam.

Quomodo Judei perterriti ceciderũt in terram.

O Jeſu vnigenite altiſſi
mi patris ſplendor: et fi
gura ſubſtantie eius: et te ipm̃
appellaris. Ego ſum inquis
vitis vera: paſtor bonus via

veritas et vita. Memento tri-
bulatiõis: et anguſtie: necnõ
inſidie iudeorum in nocte paſ-
ſionis tue: dummodo iudei te
cõprehendere: captiuare et cru
cifigere nitebãtur: quibus ob-
uiando dulciter dixiſti: quem
queritis? Qui reſponderũt Hie
ſum Nazarenum: quibus re-
ſpondẽtibus velut mortui ꝓti
nus ceciderunt in terram: nec
quicquam mali tibi facere po-
tuerunt: ob memoriam illius
tremoris: anguſtie: et doloris

quos illa nocte captiuitatꝭ tue
ſuſtinuiſti. Te depretor clemē-
tiſſime hieſu: redemptor et me
dice celeſtis humani generis:
quatenus omnes hoſtes mei:
viſibiles et inuiſibiles contra
fatiem meam terreantur: et a
te debilitentur: vt viui quaſi
mortui contra me ſtare videā
tur: vt tibi redemptori meo re-
feram laudes et honores: et
gratiarumactiones de victo-
ria: omnium inimicorū: per
hec tria ſanctiſſima nomina

tua Agla Anañizapta te-
tragramaton: que ſunt lau-
danda: glorificanda: tremen-
da: et adoranda: nunc et per
infinita ſecula ſeculorũ Amẽ.

Pater Noſter.

O Iheſu vera libertas an-
gelorum: mundi fabri-
cator: ⁊ omniũ bonoꝝ auctor:
via ſalutis eterne: verus oſten-
ſor. Memento comprehenſio-
nis et temptationis tue: quan-
do iudei tanquã leones fero-
ciſſimi in templo te circumſte-

tates noſtras: et omnium fa-
mulorum tuorum in ſalutis
tue proſperitate diſpone: bene
factoribꝰ noſtris ſempiterna
bona retribue: et omnibus fi-
delibus defunctis: requiē eter-
nam cōcede. Per dominum.

Antiphona de beata virgine.

Salue regina miſericor-
die: vita dulcedo et ſpes
noſtra ſalue. Ad te clamamꝰ
exules filij eue. Ad te ſuſpira-
mus gemētes ⁊ flentes in hac
lacrimarum valle. Eya ergo

aduocata noſtra: illos tuos
miſericordes oculos ad nos cõ
uerte. Et Jheſum benedictũ:
fructũ ventris tui: nobis poſt
hoc exiliũ oſtẽde. O clemens
O pia. O dulcis Maria Amẽ.
Verſic. Ora pro nobis ſancta
dei genitrix. Reſponſo. Vt di-
gni efficiamur ꝑmiſſionibus
Chriſti. Oratio.
Omnipotens ſempiterne
deus: qui glorioſe virgi
nis Marie corpus ⁊ animam:
vt dignum filij tui habitacu-

lium effici mereretur: ſpiritu
ſancto cooperante preparaſti:
da vt cuius commemoratio-
ne letamur: eius pia interceſſi
one ab inſtātibus malis: et a
morte perpetua: ⁊ ab om̄i tri-
bulatiõe liberemur. Per eun-
dē chriſtū dn̄m noſtrū. Amē.
Anime omniū fideliū defun-
ctorū: p̱ miſericordiā dei requi-
eſcant in pace Amen.

Pſalmus.

Deus miſereatur noſtri
et benedicat nobis: illu-

minet vultum ſuū ſuper nos
et miſereatur noſtri. Ut co-
gnoſcamꝰ in terra viam tuā:
in omnibus gentibus ſaluta-
re tuum. Confiteantur tibi po
puli deus: cõfiteãtur tibi po-
puli omnes. Letentur et exul-
tent gentes: quoniam iudicas
populos in equitate: et gentes
in terra dirigis. Confiteantur
tibi populi deus: confiteantur
tibi populi omnes: terra dedit
fructū ſuum. Benedicat nos
deus deus noſter: benedicat

nos deus: ⁊ metuant eũ omẽs
fines terre. Gloria patri. Si-
cut erat. Verſi. Domine deus
virtutum cõuerte nos. Reſpõ-
ſorium. Et oſtende faciem tu-
am et ſalui erimus. Verſicu.
Exurge domine adiuua nos.
Reſpon. Et libera nos ꝓpter
nomen ſanctum tuum. Do-
mine exaudi orationem meã.
Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Deus qui illuminas no-
ctem: et lucem poſt tene

bras facis : concede nobis fa-
mulis tuis : vt hanc noctem ſi-
ne vllo īpedimento Sathane
trāſeamus : atq; in matutinis
horis : ad ſanctū altare tuū re-
currentes : tibi dn̄o deo viuo et
vero : laudes ⁊ gracias aga-
mus. Per. Oratio.

Protector in te ſperantiū
deus : ſine quo nihil eſt
validum : nihil ſanctum : mul
tiplica ſuper nos miſericordi-
am tuam : vt te rectore : te duce :
ſic tranſeamus per bona tem-

poralia : vt non amittamus
eterna. Per dominū noſtrū
Jeſum chriſtum filium ꝛc.

Pro fidelibus defunctis.

Pſalmus.

De profundis clamaui
ad te domine: domine
exaudi vocem meam. Fiant
aures tue intendentes: in vocē
deprecationis mee. Si iniqui
tates obſeruaueris domine:
domine quis ſuſtinebit. Quia
apud te propiciatio eſt: et pro-
pter legem tuam ſuſtinui te

domine. Suſtinuit aīa mea
in verbo eius: ſperauit anima
mea in domino. A cuſtodia
matutina vſqꝫ ad noctem: ſpe
ret iſrael in dño. Quia apud
dominum miſericordia et co-
pioſa: apud eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex om̄i-
bus iniquitatibus eius. Glo-
ria patri ꝛc. Sicut erat. Verſi.
Requiem eternam dona eis
domĩe. Reſpon. Et lux perpe-
tua luceat eis. Domine exau-
di orationem meam. Et cla.

meus ad te veniat.

Oratio.

DEus qui inter Apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: p̄ſta queſum⁹: vt eorũ quoqȝ perpetuo aggregentur conſoꝛtio.

Oratio.

DEus venie largitoꝛ et hũane ſalutis amatoꝛ: q̄m̄s imenſam clemẽtiã tuã: vt noſtre congregationis fratres: ſoꝛoꝛes: ꝓpinquos: et oẽs

bn̄factores noſtros: qui ex hoc
ſeculo tranſierunt: beata Ma-
ria ſemper virgine intercedē-
te cum omnibus ſanctis tuis:
ad perpetue beatitudinis con-
ſortium peruenire cōcedas.

Oremus.

Fidelium deus omniū
conditor et redemptor:
animabꝰ famulorum famu-
larumqꝫ tuarum: remiſſionē
cūctorum tribue peccatorum:
vt indulgentiam quam ſem-
per optauerunt: pijs ſupplica-

tionibus conſequantur. Qui viuis et regnas deus. Per oia ſecula ſeculorum.

In aduentu domini officiū beate Marie dicitur modo predicto: exceptis ſpecialibus antiphonis in tempore inferius ordinatis. Ad veſperas primi ſabbati: de aduentu domini: vſqz ad vigiliam natiuitatis domini: agitur officium modo ſubſcripto. Sabbato ante primam dominicam de aduētu. Ad veſperas.

Deus in adiutorium me
um intende. Domine
ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri et filio: et ſpiritui
ſancto. Sicut erat in principio
et nunc et ſemper &c. Antipho-
na. Miſſus eſt. Cum reliquis
Antipho. de laud. Pſalmus.
Dixit dominus. Laudate pue-
ri dominum. Cum reliquis
pſalmis. Capitulum.
Egredietur virga de ra-
dice yeſſe: et flos de ra-
dice eius aſcendet: et requieſcet

ſuper eum ſpiritus domini.
Deo gratias. Hymnus. Aue
maris ſtella. Verſi. Diffuſa
eſt gratia in labijs tuis. Reſpõ
ſorium. Propterea benedixit
te deus in eternum. Ad ma=
gnificat. Antiphona. Spiri=
tus ſanctus in te deſcẽdet Ma=
ria: ne timeas habebis in vte=
ro filiũ dei Alleluia. Kyrieley
ſon. Chriſteleyſon. Kyrieley=
ſon. Domine exaudi orationẽ
meam. Et clamor meus ꝛc.

Oratio.

DEus qui de beate Ma-
rie virginis vtero: ver-
bum tuum angelo nuncian-
te carnē ſuſcipere voluiſti: pre-
ſta ſupplicibus tuis: vt qui ve-
re eam dei genitricem credi-
mus: eius apud te interceſſio-
nibus adiuuemur. Per eun-
dem chriſtum dominum no-
ſtrum. Antiphona. Ecce do-
minus veniet: ⁊ om̄es ſancti
eius cum eo: et erit in die illa
lux magna Alleluia. Verſic.
Ecce apparebit dominus ſuꝑ

nubem candidam. Reſpon.
Et cum eo ſanctorum̄ milia.
Oratio.
Onſciētias noſtras que
ſumus domine viſitan
do purifica: vt veniens domi-
nus noſter Jeſus Chriſtus cū
omnibus ſanctis: paratam ſi-
bi in nobis inueniat manſio-
nem. Qui tecum viuit &c.
Ad Completorium.
Onuerte nos deus ſalu
taris noſter. Et auerte
iram tuam a nobis. Deus in

adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandū me
feſtina ꝛc. Psalmus. Sepe ex-
pugnauerūt me. De profun-
dis clamaui ꝛc. Domine non
eſt exaltatum. Hymnus.
Memento ſalutis. Capitulū.
Ecce virgo concipiet: et
pariet filium: et voca-
bitur nomen eius Emanuel:
butirum et mel comedet: vt ſci
at reprobare malum: et elige-
re bonum. Deo gratias. Ver-
ſiculus. Angelus domini nū-

ciauit Marie. Reſpon. Et con-
cepit de ſpiritu ſancto. Anti-
phona. Spiritus ſanctus: vt
ſupra in veſperis: de aduentu.
pſalmus. Nunc dimittis ſer-
uum tuum. Oratio et pro ſan
ctis: vt ſupra. Ad matutinas.
oīa dicuntur ſicut ante aduen
tum domini: vſqꝫ ad lectiones
excepta antiphona noni pſal-
mi. Et loco eius vbi dicitur an
tiphona. Poſt partum. dicit
antiphona Angelus domini
nunciauit Marie: et concepit

de ſpiritu ſancto alleluia. Et
loco illarum lectionum ſcili-
cet. In omnibus requiem. Et
ſic in ſyon: et. Quaſi cedrus.
Dicuntur lectiones que ſequũ-
tur. Lectio Prima.

Miſſus eſt Gabriel ange-
lus a deo in ciuitatem
galilee: cui nomen nazareth:
ad virginem deſponſatam vi-
ro: cui nomen erat Joſeph de
domo Dauid: et nomen vir-
ginis Maria. Et ingreſſus an-
gelus ad eam dixit. Aue gra-

tia plena dominus tecum: be
nedicta tu in mulieribus. Tu
autem domine. Reſpon. Miſ-
ſus eſt Gabriel angelꝰ ad Ma
riam virginem deſponſatam
Joſeph: nunciãs ei verbum:
et expaueſcit virgo de lumine:
ne timeas inquit Maria: inue
niſti enim gratiam apud do-
minum. Ecce concipies et pa-
ries filium: et vocabitur altiſ-
ſimi filius. Verſi. Dabit ei do
minus ſedem Dauid patris
eius: et regnabit in domo Ja

cob in eternum. Ecce.

Lectio Secunda.

Que cum audiſſet turba
ta eſt in̄ ſermone eius:
et cogitabat qualis eſſet iſta ſa
lutatio. Et ait angelus ei. Ne
timeas Maria: inueniſti enī
gratiā apud deum̄. Ecce con-
cipies in vtero: et paries fili-
um: et vocabis nomen eius
Jeſum. Hic erit magnus: et
filius altiſſimi vocabitur. Et
dabit illi dominus deus ſedē
Dauid patris eius: et regna-

bit in domo Jacob ineternū:
et regni eius non erit finis.
Tu autē dn̄e miserere noſtri.
Reſponſo. Aue Maria. Spi-
ritus ſanctus ſuperueniet in
te: ⁊ virtus altiſſimi obumbra
bit tibi: quod enim ex te naſce-
tur ſanctum: vocabitur filius
dei. Verſicul⁹. Quomodo fiet
iſtud? quoniam virum non
cognoſco. Et reſpondens an-
gelus dixit ei. Spiritus ſan-
ctus ſuperueniet in te ꝛc.

Lectio Tertia.

Dixit autem Maria ad
angelum. Quomodo
fiet iſtud? quoniam virũ non
cognoſco. Et reſpondens an-
gelus: dixit ei. Spiritus ſan-
ctus ſuperueniet in te: et vir-
tus altiſſimi obumbrabit tibi.
Ideoqꝫ et quod naſcetur ex te
ſanctum: vocabitur filius dei.
Et ecce Elizabeth cognata tua
et ipſa concepit filium in ſene-
ctute ſua. Et hic mẽſis eſt ſextꝰ
illi que vocatur ſterilis: quia
non erit impoſſibile apud de-

um omne verbum. Dixit au-
tem Maria. Ecce añcilla do-
mini: fiat mihi ſecũdum ver-
bum tuum. Tu autem domi-
ne miſerere noſtri. Reſponſo.
Suſcipe verbum virgo Ma-
ria: quod tibi a domino per
angelum tranſmiſſum eſt: cõ-
cipies deum pariter et homi-
nem. Vt benedicta dicaris in-
ter omnes mulieres. Verſicu.
Paries quidem filium et vir-
ginitatis non patieris detri-
mentum: efficieris grauida:

et eris ſemper mater intacta. Ut benedicta. Gloria. Ut benedicta. In laudibus antiphona. Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariam virginem deſponſatam Ioſeph. Pſalmus. Dominus regnauit &c. antiphona. Aue Maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. alleluia. pſalmus. Iubilate. antiphona. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam

apud dominum. Ecce conci-
pies et paries filium alleluia.
Pſalmus. Deus deus meus.
Antiphona. Dabit ei domi-
nus ſedem Dauid patris ei⁹:
et regnabit in domo Jacob
ineternum: pſalmus. Bene-
dicite. antiphona. Ecce ancil-
la domini fiat mihi ſecūdum
verbum tuū. Pſalmus. Lau-
date dominum de celis. Capi-
tulum. Egredietur. Quere in
primis veſperis. hymnus. O
glorioſa domina. Verſi. Be-

nedicta tu in mulieribus· Re-
ſpõſorium· Et benedictus fru-
ctus ventris tui· Ad benedi-
ctus antiphona· Spiritꝰ ſan-
ctus ꝛc· Kyrieleyſon· Chriſte-
leyſon· Kyrieleyſon· Oratio·
Deus qui de beate Marie vir-
ginis· antiphona· Ecce domi-
nus veniet· Verſi· Ecce appa-
rebit· Reſpon· Et cum eo· Ora-
tio· Conſcientias noſtras ꝛc·
vt ſupra· Quere totum in pri-
mis veſperis: antipho· Aue
ſtella matutina· Ad primam

antiphona· Miſſus eſt Gabri-
el· Capitulum· Ecce virgo cõ-
cipiet· Verſi· Dignare me lau
dare te virgo ſacrata· Reſpon·
Da mihi virtutem contra ho-
ſtes tuos· Oratio· Deus qui
de beate· antiphona· Ecce do-
minus veniet· Verſi· Ecce ap-
parebit· Reſpon· Et cum eo·
Oratio· Conſcientias ñoſtras
Et dicitur ad om̃es horas: ad
tertiam antiphona· Aue Ma-
ria· Capitulum· Egredietur
virga de· Verſi· Diffuſa ẽ gra

tia. Pro ſanctis: vt ſupra. Ad ſextā antiphona. Ne timeas Maria.

Capitulum.

DAbit ei dominꝰ ſedem Dauid patris eius: et regnabit in domo Jacob in eternum: et regni eius nō erit finis. Deo gratias. Verſi. Benedicta tu in mulieribus. Reſponſoriū. Et benedictus fructus ventris tui. Pro ſanctis. Ad nonam antiphona. Ecce ancilla domini. Capitulū. Ecce virgo. Verſic. Angelus

domini nunciauit Marie· Re=
ſponſorium· Et concepit de ſpi
ritu ſancto· Orationes et Ver=
ſicu· de ſanctis: vtſupra· Ad
veſperas: et completorium: vt
ſupra· Benedicamus domi=
no· Deo gratias·

Notandum eſt q̄ aduent⁹
domini ſemper incipit in do=
minica proximiori feſto ſan=
cti Andree: ſiue ſit ante: ſiue
poſt· Veruntamen ſi accidit
q̄ feſtum ſancti Andree cadat
in dominica: etiam ibi in eadē

dominica debemus incipere
aduentum domini. Et quan=
do feſtum ſancti Andree eſt in
die Jouis: veneris vel ſabbati:
aduentus domini erit in do=
minica ſequenti. Quando ve
ro eſt in die Lune: Martis: vel
mercurij: aduentus domini:
incipit in dominica p̄cedenti.
Et hec ſufficiant.

Vlterius notandum eſt: ꝙ
a vigilia natiuitatis domini:
vſqꝫ ad purificationem beate
Marie fit officium: ſicut ante

aduentum: excepto ꝙ per oēs horas dicitur hec oratio. Deus qui ſalutis eterne. Additis orationibus de apoſtolis cum alijs. Et cum ſuis verſiculis et antiphonis: ſicut notatum eſt ante aduentum in officio.

Et nota ꝙ nihil mutatur in matutinis. Sed dicitur ad lōgum ſicut ſunt notata. Item ad laudes et per omnes horas diei: et ad veſperas: et ad completorium dicuntur antiphone: que ſequuntur: quia loco

illius antiphone. Aſſumpta
eſt Maria in celum: gaudent
omnes angeli ⁊c. Dicitur hec
antiphona. O admirabile cõ-
mercium: creator generis hu-
mani: animatum corpus ſu-
mens: de virgine naſci digna
tus eſt: ⁊ procedens homo ſine
ſemine: largitus eſt nobis ſuã
deitatem. Pſalmus. Domi-
nus regnauit ⁊c. Antiphona.
Quando natus es ineffabili-
ter ex virgine tũc implete ſunt
ſcripture: ſicut pluuia in vellꝰ

51

deſcendiſti: vt ſaluum faceres genus humanum: te lauda-mus deus noſter. Pſalmus. Jubilate deo. antiphona. Rubum quem viderat Moyſes: incombuſtum conſeruatam agnouimus: tuã laudabilem virginitatem: dei genitrix intercede pro nobis. Pſalmus. Deus deus meus. antiphona. Germinauit radix yeſſe: orta eſt ſtella ex Jacob: virgo peperit ſaluatorẽ: te laudamus deus noſter. Pſalmus. Benedi.

Antiphona. Ecce Maria ge=
nuit nobis ſaluatorem: quem
Joannes videns exclamauit
dicens: ecce agnus dei: ecce qui
tollit peccata mundi Alleluia
pſalmꝰ. Laudate dominum
de celis. Ad benedictus. Anti=
phona. Mirabile myſterium
declaratur hodie innouantur
nature: deꝰ homo factus ē: id
quod fuit permanſit: et quod
non erat aſſumpſit: non com=
mixtionem paſſus: neque di=
uiſionem. Ad Magnificat et

ad Nunc dimittis. Antipho. Magnū hereditatis mysteriū tēplum dei factus ē vterꝰ: neſciens virū: nō eſt pollutus ex ea carnē aſſumēs: oēs gentes venient dicētes: gloria tibi dñe.

Sciendum eſt ꝙ a vigilia paſche: vſque ad aſcenſionem domini: fit officium beate Marie ſicut ante aduentum: excepto: ꝙ ad Benedictus: et ad Magnificat: dicitur hec Antiphona. Regiña celi letare alleluia. Quia quem meruiſti

portare alleluia. Reſurrexit ſicut dixit alleluia. Ora pro nobis deum alleluia.

A quarta feria cinerū uſq; in cenam domini: ante inchoationem matutinarum: abſolute incipitur: canticum graduum in feriali officio: tātum pſalmi ſemper dicuntur ſedēdo: orationes vero et ver. flexis genibus Pſalmus. Ad dominum cum tribularer. Leuaui oculos meos. Letat⁹ ſum in. Ad te leuaui. Niſi quia domi-

nus: vtſupra ſine Gloria patri
et Requiē. Sed in fine vltimi
pſalmi tantum dicitur Verſi-
culus. Requiem eternam do-
na eis. Et lux perpetua. Dein
de. Pater noſter. Secreto. Et
ne nos inducas. Sed libera.
A porta inferi. Erue domine
animas eorum. Requieſcañt
in pace. Amen. Domine ex-
audi orationem meā. Et cla-
mor meus ad te veniat. Do-
minus vobiſcum. Et cum pſi-
ritu tuo. Oratio.

Abſolue queſumus domine animas famulorum famularumqꝫ tuarum: et omniū fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: vt in reſurrectiōis gloria: inter ſanctos et electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum dominū noſtrum. Poſtea Pſalmus. Qui confidunt. In conuertendo. Niſi dominus cuſtodi. Beati oēs. Sepe expugnauerūt. vtſupra. In fine cuiuſlibet pſal-

mi. dicitur. Gloria patri. et
Sicut. Deinde. Kyrieleyſon.
Chriſteleyſon. Kyrieleyſon.
Pater noſter. Secreto. Et ne
nos. Sed libera Verſicu. Me=
mento congregationis tue.
Reſpon. Quam poſſediſti ab
initio. Domine exaudi oratio
nem. Et clamor meus ad te ve
niat. Dominus vobiſcum. Et
cum ſpiritu tuo. Oremus.
Deus cui propriũ eſt mi=
ſereri ſemper: et parce=
re: ſuſcipe deprecationem no=

ſtram: vt nos et omnes famu
los tuos: quos delictorum ca-
thena conſtringit: miſeratio
tue pietatis abſoluat. Per chri
ſtum dominũ noſtrũ. Dein-
de De profundis clamaui.
Domine non eſt exaltatum.
vt ſupra. Pſalmus.
MEmento domĩe dauid:
et omnis manſuetudi-
nis eius. Sicut iurauit domi-
no: votum vouit deo Jacob.
Si introiero in tabernaculũ
domus mee: ſi aſcendero in le-

ctū ſtrati mei. Si dedero ſom-
num oculis meis: ⁊ palpebris
meis dormitationem. Et re-
quiem temporibus meis: do-
nec inueniam locum domi-
no: tabernaculum deo Ja-
cob. Ecce audiuimus eam in
ephrata: inuenim⁹ eā in cam
pis ſilue. Introibimus in ta-
bernaculū eius: adorabimus
in loco vbi ſteterūt pedes ei⁹.
Surge domine in requiem
tuam: tu et archa ſanctificati-
onis tue. Sacerdotes tui in-

duantur iuſticia: et ſancti tui
exultent. Propter Dauid ſer-
uum tuum: non auertas fa-
ciem chriſti tui. Jurauit do-
minus Dauid veritatē ⁊ non
fruſtrabitur eū: de fructu ven
tris tui ponam ſuper ſedem
tuam. Si cuſtodierint filij tui
teſtamentum meum: et teſti-
monia mea hec q̄ docebo eos.
Et filij eorum vſq; in ſeculū:
ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit dominus ſy
on: elegit eam in habitationē

ſibi. Hec requies mea in ſecu=
lum ſeculi: hic habitabo quo=
niã elegi eam. Viduã eius bñ
dicens bñdicã: pauperes eius
ſaturabo panibus. Sacerdo=
tes eius induã ſalutari: et ſan=
cti eius exultatiõe exultabũt.
Illuc producam cornu Da=
uid: paraui lucernam chriſto
meo. Inimicos eiꝰ induam
confuſione: ſuper ipſum autẽ
efflorebit ſanctificatio mea.
Ecce q̃ bonum et quam
iocũdum: habitare fra=

tres in vnum. Sicut vñguen-
tum in capite: quod deſcendit
in barbam barbam Aaron.
Quod deſcendit in oram veſti
menti eius ſicut ros hermon:
qui deſcendit in mõtem ſyon.
Quoniam illic mandauit do
minus benedictionem: et vi-
tam vſqꝫ in ſeculum.

Ecce nunc benedicite do-
mino: omnes ſerui do-
mini. Qui ſtatis in domo do-
mini: in atrijs domus dei no-
ſtri. In noctibus extollite ma

nus veſtras in ſancta: et bene-
dicite domino. Benedicat ti
bi dominus ex ſyon: qui fecit
celum et terram. In fine cu-
iuſlibet dicitur. Gloria patri.
Sicut erat. Kyrieleyſon. Chri
ſteleyſon. Kyrieleyſon. Pater
noſter. Secreto. Et ne nos in.
Sed libera nos. Saluos fac
ſeruos tuos et ancillas tuas.
Deus meus ſperantes in te.
Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad te
veniat. Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

Pretende domine famulis et famulabus tuis: dexteram celeſtis auxilij: ut te toto corde perquirant: et que digne poſtulant: conſequi mereantur. Per chriſtum dominū noſtrum.

Hymnus.

Chriſte qui lux es ⁊ dies: noctis tenebras detegis luciſqȝ lumen crederis: lumen beatum predicās. Precamur

ſancte domine: defende nos in
hac nocte: ſit ñobis in te requi=
es: quietam noctẽ tribue. Ne
grauis ſomnus irruat: nec ho
ſtis nos ſurripiat: nec caro illi
conſentiens: nos tibi reos ſta=
tuat. Oculi ſomnum capiãt:
cor ad te ſemper vigilet: dexte=
ra tua protegat: famulos qui
te diligunt. Defenſor noſter
aſpice: īſidiãtes repme: guber=
na tuos famulos: quos ſan=
guine mercatus es. Memen=
to noſtri domĩe: in graui iſto

corpore: q̄ es defenſor anime: adeſto nobis domine. Deo patri ſit gloria: eiuſqȝ ſoli filio: cū ſpiritu paraclito: et nunc et in perpetuum. Amen.

Incipit officium ſanctiſſime crucis: aut paſſionis: domini noſtri Hieſu Chriſti. In quo omnes antiphone duplicātur: ad omnes horas. Et ad quodlibet reſponſoriū dicitur. Gloria patri ⁊c. Et in quolibet pſalmo dicuntur tantum quinqȝ

verſus: memorando ſemper
quinqꝫ vulnera Chriſti cruci-
fixi. Exceptis canticis: Bene-
dictus: Magnificat: Et nunc
dimittis: que complete dicun-
tur: Et ſemper in principio ho
rarũ dicitur. Verſi. Per ſignũ
crucis: de inimicis noſtris Re
ſpon. Libera nos deus noſter.
Ad matutinũ. Verſi. Per ſi-
gnũ crucꝭ. Reſpõ. Libera nos
deus noſter. Dñe labia mea
aperies. Reſponſo. Et os me-
um annunciabit laudem tu-

am. Verſi. Deus in adiutoriū
meum intende. Reſpon. Do-
mine ad adiuuandum me fe-
ſtina. Gloria patri. Inuitato
rium. Regem Chriſtum cru-
cifixum. Venite adoremus.

Pſalmus.

Venite exultemus domi
no: iubilemus deo ſalu
tari noſtro: preoccupemus fa-
ciem eius in confeſſione. et in
pſalmis iubilemꝰ ei. Regem
Chriſtum crucifixum. Venite
adoremus. Quoniam deus

magnus dominus: ⁊ rex ma-
gnus ſuper om̄es deos: quo-
niam non repellit dominus
plebem ſuam: quia in manu
eius ſunt om̄es fines terre: ⁊
altitudines montium ipſe cõ-
ſpicit. Venite adoremus
Quoniam ipſius eſt mare: et
ipſe fecit illud: et aridam fun-
dauerunt manus eius. Veni-
te adoremus et procidamꝰ an
te deum: ploremus coram do-
mino qui fecit nos: quia ipſe
eſt dominus deus noſter: nos

autem populus eius: et oues
paſcue eius. Regem chriſtum
crucifixum. Venite adoremꝰ.
Hodie ſi vocem eius audieri-
tis: nolite obdurare corda ve-
ſtra: ſicut in exacerbatione ſe-
cundum diem: tentationis in
deſerto: vbi tentauerũt me pa-
tres veſtri: probauerunt et vi-
derũt opera mea. Venite ado-
remus. Quadraginta annis
ꝓximus fui: generationi huic
et dixi ſemper hi errant corde:
ipſi vero non cognouerunt vi

as meas: quibus iuraui in ira
mea: ſi introibunt in requiem
meam. Regem chriſtum cru-
cifixum. Venite adoremus.
Gloria patri et filio: et ſpiri-
tui ſan̄cto. Sicut erat in princi
pio et nunc et ſemper: et in ſe-
cula ſeculorum Amen. Veni-
te adoremus. Regem chriſtū
crucifixum. Venite adoremꝰ.

Hymnus.

IN paſſiõe domini: qua
datur ſalus homini: ſit
noſtrum refrigeriū: et cordis

deſiderium. Portemus in me
moria: fel penas et obprobria
chriſti coronam ſpineam: cru-
cem claues et lanceam. Et
plagas ſacratiſſimas: omni
laude digniſſimas: acetũ: fel:
arundinem: mortis amaritu
dinem: Hec om̃ia nos ſatient:
et dulciter inebrient: nos reple
ant virtutibꝰ: et glorioſis fru-
ctibus. Te crucifixũ colimus:
et toto corde poſcimus: vt nos
ſanctoꝝ cetibus: cõiungas in
celeſtibus Amẽ. Antiphona.

Aſtiterunt reges terre: et prin-
cipes conuenerunt in vnum
aduerſus dominum: et aduer
ſus Chriſtum eius.

Pſalmus.

DEus deus meus reſpi-
ce in me quare me dere
linquiſti longe a ſalute mea:
verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per di-
em: et non exaudies: et nocte
et non ad inſipientiam mihi.
Tu autem in ſancto habitas:
laus iſrael. In te ſperauerūt

patres noſtri: et ſperauerunt
et liberaſti eos. Ad te clama-
uerunt et ſalui facti ſunt: in te
ſperauerunt et non ſunt con-
fuſi. Ego autem ſum vermis
et non homo: obprobrium ho-
minum ⁊ abiectio plebis Glo
ria patri et filio. Sicut erat.

Pſalmus.

Eripe me de inimicis me
is domine deus meus:
et ab inſurgentibus in me li-
bera me. Eripe me de operan
tibus iniquitatem: et de viris

ſanguinum ſalua me. Quia ecce ceperūt animam meam: irruerunt in me fortes. Neqꝫ iniquitas mea: neqꝫ peccatū meum domine: ſine iniquitate cucurri et direxi. Exurge in occurſum meum: et vide. Et tu domine deus virtutum: deus iſrael. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio et nūc et ſemper: et in ſecula ſeculoꝝ.

Pſalmus.

Saluū me fac deus: quoniam intrauerūt aque

vſqȝ ad animam meam. In
fixus ſum in limo profundi:
et non eſt ſubſtantia. Veni in
altitudinem maris: et tempe=
ſtas dimerſit me. Laboraui
clamãs rauce facte ſunt fau=
ces mee: defecerunt oculi mei
dũ ſpero in deũ meũ. Multipli
cati ſunt ſuꝑ capillos capitis
mei: qui oderunt me gratis.
Gloria patri et. Antiphona.
Aſtiterunt reges terre: et prin=
cipes conuenerunt in vnum
aduerſus dominum: ⁊ aduer

ſus chriſtum eius. Verſiculꝰ.
Media nocte clamor factus eſt
Reſponſorium. Ecce Chriſtus
veñite occidamus eum. Ora-
tio. Pater noſter. Verſi. Et ne
nos inducas in temptationē.
Reſponſoriū. Sed libera nos
a malo. Abſolutio. Jeſu chri-
ſte nos exaudi: qui pro nobis
morieris. Amen. Jube domi
ne benedicere. Benedicat nos
Chriſtus: qui pro nobis eſt cru
cifixus. Amen.

Lectio Prima.

In illo tempore: orãte
Ieſu in orto: ecce iudas
vnus de duodecim venit: et cũ
eo turba multa cum gladijs
et fuſtibus: et lanceis et later-
nis: vt comprehenderent Ie-
ſum: qui autem tradidit illũ:
dedit eis ſignum dicens: quẽ-
cunqȝ oſculatus fuero: ipſe eſt
tenete eum. Et confeſtim acce-
dens oſculatus eſt eũ: et dixit
ei. Aue rabbi. Tu autem do-
mine. Reſponſoriũ. Seniores
populi conſilium fecerunt: vt

Jeſum dolo tenerēt et occide=
rent. Et exierunt cū gladijs et
fuſtibus tanquā ad latronē.
Ver. Collegerūt pontifices et
phariſei conſiliū: vt ieſum do=
lo tenerēt et occiderent. Et exie
runt. Gloria. Tanquam. Ju
be domine bn̄dicere. Per paſ=
ſionem filij dei ſui: det nobis
deus gaudia celi Amen.

Lectio Secunda.

TUnc acceſſerunt Judei
et manus iniecerunt in
Jeſum: et tenuerunt eum. Et

diſcipuli eius relicto eo omnes
fugerunt: at illi ligantes eum
duxerūt ipſum ad Caipham
principem ſacerdotū: vbi ſcri-
be et ſeniores conuenerant. Et
tunc velantes et expuentes in
faciem eius: colaphis eum ce-
debāt: alij palmas in faciem
eius dabant dicentes. Prophe
tiza nobis Christe: quis eſt qui
te percuſſit. Tu autem domi-
ne miſerere noſtri. Reſponſo.
Triſtis ē anima mea vſq; ad
mortem: ſuſtinete hic et vigi-

late mecum: nunc turba mul-
ta vallabit me. Sed vos fugã
capietis: ⁊ ego vadam immo
lari pro vobis. Verſicul⁹. Ec-
ce appropinquabit hora: et fi-
lius hominis tradetur. Sed
vos. Gloria. Et ego. Jube do-
mine bñdicere. Glorioſa paſ-
ſio Chriſti: ſit remiſſio noſtri
delicti Amen.

Lectio Tertia.

Mane autem facto: mili-
tes preſidis ſuſcipientes
Jeſum duxerũt in pretorium:

congregauerunt ad eum vni-
uerſum cohortem: et exuentes
eum circundederunt ei cocci-
neam clamidē: et genu flexo
ante illum illudebant ei dicen
tes. Aue rex iudeorum̄. Et ex-
urgentes percuciebant arun-
dine caput eius: et expuerunt
in faciem eius: poſtquam au-
tem flagellauerunt eum. Ho-
ra tertia clamauerunt aduer-
ſum eum dicen̄tes: vt crucifi-
geretur: barraba dimiſſo: et
dum crucifigerent eum hora

ſexta dabant ei vibere: fel cum
aceto mixtum. In hora autē
nona clamauit Jeſus voce
magna dicens. In manus
tuas domine: commendo ſpi-
ritum meum: et inclinans ca-
put expirauit. Reſponſorium.
Tenebre facte ſunt ſuper vni-
uerſum mundum: dum cruci
fixiſſent Jeſum iudei: et circa
horam nonam exclamauit ie-
ſus voce magna dicens: deus
meus: deus meus: vt quid de-
reliquiſti me. Et inclinato ca-

pite emiſit ſpiritum. Verſicu.
Cum ergo accepiſſet acetum
dixit: cõſummatum eſt. Et in
clinato. Gloria patri. Sicut.

Hymnus.

Te chriſtum laudamus
te ieſum benedicimus.
Te regem regum: et dominũ
cõfitemur. Te crucifixum co-
limus: te glorioſum dulcem: ⁊
amabilem redemptorem: ad
oramus. Qui nos aſperſione
tui ſanguinis redemiſti. Di-
gnus es domine: accipere lau

dem: et benedictiõem: gloriã et honorẽ. Exultet tibi omnis caro: omnis viuens glorifi-cet nomẽ tuum. Humilietur omnis: facies ſub pedibus tu-is. Omnis creatura iubilet: ti-bi ſeruiat: te laudet et extollat. Et bñdicat et glorificet ineter-num. Amen. Verſicu. Miſere-re noſtri Chriſte benigne. Re-ſponſoriũ. Qui paſſus eſt cle-menter pro nobis. Ad Lau-des. Verſiculus. Deus in ad-iutorium meum intende. Re-

ſponſoriū· Domine ad adiu-
uandum me feſtina· Gloria
patri et filio· Antiphona· O
vos omnes qui tranſitis per
viam: attendite et videte: ſi eſt
dolor: ſicut dolor meus·

Pſalmus·

Conſiderabam ad dexte
ram et videbam: ⁊ non
erat qui cognoſceret me· Pe-
rijt fuga a me: ⁊ nō eſt qui
requirat animam meā· Cla-
maui ad te domine dixi tu es
ſpes mea: portio mea in terra

viuentium. Intende ad de-
precationem meam: quia hu-
miliatus ſum nimis. Libera
me a perſequẽtibus me: quia
cõfortati ſunt ſuper me. Educ
de cuſtodia animam meam
ad confitendum nomini tuo:
me expectant iuſti donec retri-
buas mihi. Gloria patri et fi-
lio: et ſpiritui ſancto. Antipho
na. O vos omnes qui tranſi-
tis per viam: attendite et vide-
te: ſi eſt dolor: ſicut dolor meus.

Capitulum.

Communicantes Chri-
ſti paſſionibꝰ gaudete:
et in reuelatiõe eiꝰ glorie gau-
deatis exultantes.

Hymnus.

Chriſtum ducem: qui ꝑ
crucem redemit nos ab
hoſtibꝰ. Laudet cetus: noſter
letus: exultet celum laudibus.
Pena fortis tue mortis: ⁊ ſan-
guinis effuſio: nõs damna-
tos reddat gratos: ieſu noſtra
redemptio. Per felices cicatri
ces: ſputa flagella verbera: no

bis grata ſint collata: eterna
Chriſti munera. Noſtrum tā
gat cor vt plāgat: tuorum ſan-
guis vulnerum. In quo toti
ſumus loti: conditor alme ſi-
derum. Paſſionis tue donis:
ſaluator nos inebria: qua fide
lis dare velis: beata nobis gau
dia Amen. Verſicu. Ego fui
flagellatus tota die. Reſponſo
riū. Et caſtigatio mea in ma-
tutinis. Ad benedictus. Anti-
phona. Tradar ego gētibus
ad illudendum et flagellan-

dum: et crucifigendum: et ter
tia die reſurgam.

Canticum.

Benedictus domin⁹ de
us iſrael: quia viſitauit
et fecit redemptionem plebis
ſue. Et erexit cornu ſalutis no
bis: in domo dauid pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſan
ctorum: qui a ſeculo ſunt pro
phetarum eius. Salutem ex
inimicis n̄oſtris: et de manu
omnium qui oderunt nos.
Ad faciēdam miſericordiam

cum patribus noſtris: et me-
morari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum quod iurauit
ad abrahā patrem noſtrū: da
turū ſe nobis. Ut ſine timore
de manu inimicoꝝ noſtroꝝ li
berati: ſeruiamus illi. In ſan
ctitate et iuſticia coram ipſo:
omnibus diebus noſtris. Et
tu puer propheta altiſſimi vo-
caberis: preibis enim ante fa-
ciem domini parare vias eiꝰ.
Ad dandam ſcientiam ſalu-
tis plebi eius: in remiſſionem

peccatorum eorum. **Per** viſcera miſericordie dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto. **Illuminare** hijs qui in tenebris: et in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viã pacis. **Gloria** patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto. **Si**cut erat in principio ⁊c. **Antiphona.** Tradar ego gentibꝰ ad illudendum: et flagellandum: et crucifigendum: et tertia die reſurgam.

Oremus.

Domine Jeſu Chriſte:
q̄ hora matutinali poſt
effuſionem ſudoꝝ ſanguinei
velatus: a turba pro nobis te
capi: tradi: ligari: ad iudicem
trahi: blaſphemari: alapis ce-
di: et cōſpui permiſiſti: tribue
queſumus: vt tui amoris igne
accenſi: mori pro tui nominis
gloria gaudeamus: et gau-
dijs perfrui mereamur eter-
nis. Qui viuis et regnas cum
deo patre in vnitate ſpirituſ-
ſancti deus. Per omnia ſecu-

la ſeculorum Amē. Domine
exaudi orationē meā. Reſpon
ſoriū. Et clamor meus ad te ve
niat. Benedicamus domino
Reſponſorium. Deo gratias.
Ad primam Verſus. Per ſi=
gnum crucis de inimicis no=
ſtris. Reſpōſoriū. Libera nos
deus noſter.

Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiuuā=
dum me feſtina. Gloria pa=
tri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto. Si
cut erat in principio ⁊ nunc ⁊c.

Hymnus.

Tu qui velatus facie: fui
ſti ſol iuſticie: flexis illu-
ſus genibus: ceſus quoqȝ ver-
beribus. Te petimus attrici-
us: vt ſis nobis propicius: et ꝑ
tuam gratiam: ꝑducas nos
ad gloriam. Laus honor Chri
ſto vendito: et ſine cauſa pro-
dito: mortem paſſo pro popu-
lo: in aſpero patibulo. Amē.
Antiphona. Cum ducerent
Jeſum ligatum: blaſphema-
bant eum: et diluculo venie-

bant: ⁊ conſpuebant in eum.

Pſalmus.

Infirmata eſt in paup-
tate virtus mea: et oſſa
mea conturbata ſunt. Super
inimicos meos factus ſum ob
probrium vicinis meis valde:
et timor notis meis. Qui vide
bant me foras fugerūt a me:
obliuioni datus ſum tanquā
mortuus a corde. Factus ſum
tanquam vas perditum: quo
niam audiui vituperatiōem
multorum commorantium in

circuitu. In eo dum conueni
rent ſimul aduerſum me: acci
pere animam meam cõſilati
ſunt. Gloria patri. Sicut erat
in principio ꝛc. repetatur An=
tiphona. Capitulum.

Christus paſſus eſt pro
nobis: vobis relinquẽs
exemplum vt ſequamini ve=
ſtigia eius. Deo gratias. Re=
ſpon. Prophetiza nobis Chri=
ſte. Quis eſt qui te percuſſit.
Ver. Dicebant iudei collophi
zantes eum. Quis eſt. Gloria

Prohpetiza· Verſicu· Velaue
runt turpiter vultum meum·
Reſponſorium· Percucientes
arundine caput meum·

Oremus·

Domine Jeſu Chriſte:
qui in hora prima diei
Pilato preſidi preſentatus: et
ab iniquis innocens accuſatꝰ:
blaſphematus: ſpoliatus: fa-
cie velatus: arundine verbe-
ratus: illuſione adoratus: con̄
ſputus: collophizatus pro no-
bis fuiſti· Preſta: vt viſiōe tua

vbiqꝫ armati:et hoſtes vince-
re:et ad tuam valeamus glo-
riam peruenire. Qui viuis et
regnas cum deo patre in ꝛc.
Ad Tertiam. Verſus. Per ſi-
gnum crucis de inimicis no-
ſtris. Reſponſorium. Libera
nos deus noſter. Deus in ad-
iutorium meum intende. Do
mine ad adiuuandum me fe-
ſtina. Gloria patri et filio: et
ſpiritui ſancto. Sicut erat in
principio et nunc et ſemper: et
in ſecula ſeculorum Amen.

Hymnus.

HOra q̄ ductus tertia: fuiſti ad ſupplicia: grauē ferendo humeris: crucē pro nobis miſeris. Fac nos ſic te diligere: ſanctamqꝫ vitam ducere: vt mereamur requie: frui celeſtis patrie. Laus honor chriſto vendito: ⁊ ſine cauſa prodito: mortem paſſo pro populo: in aſpero patibulo. Amen.

Antiphona. Principes ſacerdotum ⁊ ſeniores populi: poſtquam flagellauerunt me ir-

ruerunt in me dicentes: cruci-
fige crucifige eum.

Pſalmus.

INtende anime mee: et
libera eam: propter ini-
micos meos eripe me. Tu ſcis
improperium meum: et con-
fuſionem meam: et reuerenti-
am meam. In conſpectu tuo
ſunt om̄es qui tribulant me:
improperium expectantes cor
meum et miſeriam. Et ſuſti-
nui qui ſimul contriſtaretur:
et non fuit: qui conſolaretur

et non inueni. Et dederunt in eſcam meam fel: et in ſiti mea potauerunt me aceto. Gloria patri et. Repetatur Antiphona. Principes ſacerdotū et ſeniores populi: poſtquam flagellauerunt me: irruerunt in me dicentes: crucifige crucifige eum.

Capitulum.

CHriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem: mortem autem crucis. Deo gratias. Reſponſoriū

Seniores populi clamauerūt

me occidi. Verſus. Videntes me flagellis cedi: clamauerūt. Gloria patri. Seniores populi. Verſus. Adduxerunt Chriſtum coram populo ad illudēdum. Responſoriū. Et flagellauerūt eum in patibulo moriendum. Oremus.

Domine Jeſu Chriſte: qui in hora diei tertia coram Pilato et populo purpura indutus: ſpinis coronatus: arundinem manu geſtans illudendus preſentatus

fuiſti: quiqꝫ ſpoliatus ad co-
lumnam ligatus: diutiſſime
flagellat⁹: plaſphematus: ac-
cuſatus: cōdemnatus ad mor-
tem: crucem proprijs humeris
detuliſti: fac nos crucem peni-
tentie ſic portare: vt in extremo
eterne damnationis iudicio
ſententiam fugiamus. Qui
viuis et regnas cum deo pa-
tre in vnitate ſpiritus ſancti de
us. Per omnia ſecula ſeculo-
rum. Amen. Ad Sextam.
Ver. Per ſignum ſancte cru-

cis de inimicis noſtris. Reſpõ-
ſorium. Libera nos deus no-
ſter. Deus in adiutoriũ me-
um intende. Domine ad ad-
iuuandum me feſtina. Glo-
ria patri. Sicut erat in princi-
pio ꝛc. Hymnus.

Lucem ꝓ nobis ſubiijt:
Et ſtans in illa ſitiijt: Je
ſus ſacratis manibus: clauis
foſſis ꝛ pedibus. Honor et bñ-
dictio: ſit crucifixo filio: qui ſuo
nos ſupplico: redemit ab exi-
cio. Laus honor Chriſto ven-

dito: et ſine cauſa prodito: mor-
tem paſſo pro populo in aſpe-
ro patibulo Amen. Antipho-
na. Attendite vniuerſi popu-
li et videte dolorem meũ: quia
pro vobis crucifixus ſum.

Pſalmus.

Circũdederunt me ca-
nes multi conciliũ ma-
lignantium obſedit me. Fo-
derunt manus meas ⁊ pedes
meos: dinumerauerũt om̄ia
oſſa mea. Ipſi vero cõſidera-
uerunt et inſpexerunt me: di-

uiſerunt ſibi veſtimenta mea:
et ſuper veſtem meam miſe=
runt ſortem. Tu autem domi
ne ne elongaueris auxilium
tuum a me: ad defenſionem
meam conſpice. Erue a fra=
mea deus animam meam: ⁊
de manu canis vnicam meã.
Gloria patri ⁊ filio: et ſpiritui
ſancto. Sicut erat in principio
et nunc et ſemper: et in ſecula
ſeculorum Amen. Et repeta=
tur Antiphona.

Capitulum.

Aſpiciamus in auctorē fidei et conſummatorem Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem cōfuſione contempta. Deo gratias. Verſus. Foderunt manus meas: et pedes meos clauis. Reſponſoriū. Perforātes lancea latus meum. Et pedes Gloria patri. Foderunt Verſus. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. Reſponſoriū. Et ſuper veſtem meā miſerunt ſortem.

Oremus.

Domine Jeſu Chriſte q̄
in hora diei ſexta pro no
bis crucem nudus: et innocēs
aſcendiſti: in qua duriſſimis
clauis affixus: inter latrones
diutius pependiſti: et ſitiens
aceto cum felle potatus fuiſti.
Preſta: vt te crucifixum ſemꝑ
in corde habentes: contra om̄i
um peccatorum iacula virtu-
tem tuorum vulnerum ſen-
tiamus. Qui viuis et regnas
cum deo patre in vnitate ſpiri
tus ſancti deus: per omnia ſe-

cula ſeculorum Ameu.
Ad Nonam Verſus. Per ſignum crucis de inimicis noſtris. Reſpõſoriũ. Libera nos deus noſter. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri et filio ꝛc.

Hymnus.

Beata Chriſti paſſio: ſit nostra liberatio: ꝑ quã et nobis gaudia: doñata ſunt celeſtia. Cõmoriamur domino: qui pendens in patibulo:

clamans emiſit ſpiritum: mū
dumqꝫ ſaluās perditū. Laus
honor Chriſto vendito: et ſine
cauſa prodito: mortem paſſo
pro populo in aſpero patibulo
Amen. Antipho. Jeſus autē
cum guſtaſſet acetum de felle
mixtum dixit: cōſummatum
eſt: et inclinato capite tradidit
ſpiritum. Pſalmus.

HEc eſt generatio querē-
tium dominum: querē
tium faciem dei Jacob. Attol
lite portas principes veſtras.

et eleuamini porte eternales
et introibit rex glorie. Quis eſt
iſte rex glorie? dominus fortis
et potens dominus potens in
prelio. Attollite portas princi-
pes veſtras: ⁊ eleuamini porte
eternales: et introibit rex glo-
rie. Quis eſt iſte rex glorie? do-
miñus virtutũ ipſe eſt rex glo-
rie. Gloria patri ⁊c. Et repeta-
tur Antiphona. Capitulum.

Fratres: Gaudete quia
cum inimici eſſemus re
conciliati ſumus deo per mor-

tem filij eius Deo gratias· Re
ſponſoriū· Dederūt ĩnoti mei
In eſcam meã fel· Verſus· Et
ĩ ſiti mea potauerũt me aceto·
In eſcam· Gloria patri· De=
derũt· Verſus· Vere filius dei
erat iſte· Reſpõſorium· Sicut
omnes creature teſtantur·

Oratio·

Domine Jeſu Chriſte: q̃
in hora diei nona cruci=
fixis in cruce manibus pro ini
micis orando: ac parcendo la=
troni ſpem de venia peccatori=

bus tribuiſti: verberibꝰ: et fla=
gellis attritus: ac ſiti deſicca=
tus valida: ĩclinato capite cla=
mans: et lacrimis ſpiritũ emi
ſiſti: et ad limbum deſcendens
vt tuos captiuos redimeres:
portas et hoſtes in fortitudine
cõfregiſti: et te glorioſum ſan=
ctis patribus oſtendiſti: paſſio
nis tue virtute concede: vt in
hora mortis noſtre: peccatorũ
noſtrorum cathenis confra=
ctis: ad tua mereamur gau=
dia peruenire. Qui viuis et re=

gnas deus. Per omnia ſecu-
la ſeculorum Amen.
Ad Veſperas Verſus. Per ſi-
gnum crucis de inimicis no-
ſtris. Reſponſorium. Libera
nos deus noſter. Deus in ad-
iutorium meum intende. Do
mine ad adiuuandum me fe-
ſtina. Gloria patri et filio: et
ſpiritui ſancto. Sicut erat etc.
Antiphona. Ad veſperum de
morabitur fletus: et ad matu-
tinum leticia.

Pſalmus.

CAſtigās caſtigauit me
dominus: et morti non
tradidit me. Aperite mihi por
tas iuſticie ingreſſus in eas: cō
fitebor domino: hec porta do=
mini iuſti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam ex=
audiſti me: et factus es mihi
in ſalutem. Lapidem quem
reprobauerūt edificantes: hic
factus ē in caput angeli. A do
mino factum eſt iſtud: et eſt
mirabile in oculis noſtris.
Hec dies quam fecit dominꝰ:

exultemus et letemur in ea·
O domine ſaluum me fac: o
domine bene proſperare: bene
dictꝰ qui venit in nomine do=
mini· Benedximꝰ vobis de
domo domini: deus dominꝰ
et illuxit nobis· Cõſtituite di=
em ſolennẽ: in condenſis vſqꝫ
ad cornu altaris· Gloria pa=
tri et filio ꝛc· Et repetatur An=
tiphona· Capitulum·
Mihi autem abſit gloria
ri: niſi in cruce domini
noſtri Jeſu Chriſti: per quem

mihi mundus crucifixus eſt:
et ego mundo. Deo gratias.

Hymnus

QUi preſſura mortis du-
ra: ſoluiſti nexus crimi
num: Nos ad pacē: duc vera
cem: ieſu corona virginū. In
flagellis potum fellis: bibiſti
amariſſime: Pro pctīs ꝑpetra
tis eterne rex altiſſime. Noſtre
gēti recolenti: mortꝭ tue ſuppli
cum: Da virtutem: ⁊ ſalutē:
Chriſte redemptor omnium.
In amara crucis ara: fudiſti

riuos ſanguinis: Jeſu digne
rex benigne: conſors paterni
luminis. Sãguis chriſti quẽ
fudiſti: peremptor hoſtis calli-
di. Nos cõducat: et inducat:
ad cenam agni prouidi Amẽ.
Verſus. Percuſſerunt lancea
latꝰ meum. Reſponſo. Spar-
ſerunt in terra ſanguinẽ meũ
Antiphona. Deponentes ie-
ſum de cruce tradiderũt eum
parumper dolẽtiſſime matri
ſue: clauis et lancea perfora-
tum: vt quem portare non po-

tuit ſitientem iam ſepeliat: vt defunctum. Canticum.

MAgnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enī ex hoc beatam me dicēt om̄es generationes. Quia fecit mihi magna q̄ potens eſt: et ſctm̄ nomē eius. Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potenciam in brachio ſuo: diſperſit ſu

perbos mente cordis ſui. De-
poſuit potentes de ſede: et exal-
tauit humiles. Eſurientes im
pleuit bonis: et diuites dimiſit
inanes. Suſcepit iſrael puerũ
ſuũ: recordatus miſericordie
ſue. Sicut locut⁹ eſt ad patres
noſtros: abraham et ſemini ei
us in ſecula. Gloria patri et
filio: et ſpiritui ſancto. Sicut
erat inprincipio et nunc ⁊ ſem
per: et in ſecula ſeculorũ Amē.

Et repetatur Antiphona.

Oremus.

Domine Jeſu Chriſte q̄
in hora diei veſpertina
iam morte preuentus: coram
matre tua lancea perforatus
fuiſti: et de tuo latere nobis a-
quam in lauacrū: et ſangui-
nem in precium tribuiſti: fac
noſtra corda paſſionis tue me-
moria ſcindi: vt qui tua ſumꝰ
morte redempti: a peccatꝭ om̄i
bus expiati: te glorioſum in ce-
lis: quē in terris paſſum recoli
mus: videamus. Qui viuis ⁊
regnas cum deo patre in vni-

tate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorũ. Amen

Ad Completorium. Verſus.

Per ſignum crucis de inimicis noſtris. Reſponſorium. Libera nos deus noſter. Conuerte nos deus ſalutaris noſter. Reſponſorium. Et auerte iram tuam a nobis. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandũ me feſtina. Gloria patri et filio: ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et

in ſecula ſeculorum Amen.
Antipho. Tulit Joſeph corpus Jeſu: et inuoluit illud in ſindone mũda: et poſuit eum in monumento.

Pſalmus.

Usqꝫquo domine obliuiſceris me in finẽ: uſqꝫ quo auertis faciem tuã a me. Quamdiu ponã consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem. Uſqꝫquo exaltabitur inimicus meus ſuper me: reſpice et exaudi me domi

ne deus meus. Illumina ocu-
los meos ne vnquã obdormi-
am in morte: nequando dicat
inimicus meus: preualui ad-
uerſus eum. Qui tribulant
me exultabunt ſi motus fue-
ro: ego autem in miſericordia
tua ſperaui. Exultabit cor me-
um in ſalutari tuo: cantabo
domino qui bona tribuit mi-
hi: et pſallã nomini domini
altiſſimi. Gloria patri ⁊ filio:
et ſpiritui ſancto. Sicut erat
in principio et nunc et ſemper

et in ſecula ſeculorum Amen.

Et repetatur Antiphona.

Hymnus.

Qui iacuiſti mortuus: in
petra rex innocuus: fac
nos in te quieſcere: et te redem-
ptor querere. Succurre nobis
domine: redemptis tuo ſan-
guine: educ nos de miſeria: et
dona pacis gaudia. Laus ho-
nor Chriſto vēdito: et ſine cau-
ſa prodito: mortem paſſo pro
populo: in aſpero patibulo.
Amen.

Capitulum.

Chriſto paſſo in carnē: ⁊
vos eadem cogitatio-
ne armamini: quia qui paſ-
ſus eſt in carne: deſijt a pecca-
tis: vt non iam deſiderijs ho-
minum: ſed volūtati dei quod
reliquum eſt in carne viuat tē-
poris. Deo gratias. Reſpon-
ſorium. Chriſtus immolatus
eſt: quia ipſe voluit. Verſicu-
lus. Et quia manſuetus cla-
uos ſuſtinuit. Quia. Gloria
Chriſtus immolatus. Verſus
Iacebat in ſepulchro rex glo-

rie. Reſpō. Et expoliabat lim-
bum in fortitudine. Ad nunc
dimittis. Antipho. Ecce cru-
cem domini: fugite partes ad
uerſe: vt virtute ipſius vbiqꝫ
protecti: vigilemꝰ cum chriſto
et requieſcamus in pace.

Canticum.

Nunc dimittis ſeruum
tuum domine: ſecundū
verbum tuum in pace. Quia
viderūt oculi mei: ſalutare tu
um. Quod paraſti: ante faciē
omnium populorum. Lumē

ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue iſrael. Gloria patri. Et repetatur Antiphona. Oremus.

Domine ieſu chriſte Qui in hora diei vltima de cruce depoſitus: in brachijs tue matris Marie (vt pie creditur) reclinatus fuiſti: cuius animã tue passionis gladius pertrãſiuit: quiqȝ poſt maternos amplexus: ſingultus: ac lachrimoſa oſcula in ſepulchro recluſus triduo quieuiſti. Concede:

vt qui tuam recolimus paſſio-
nem: per ipſam deuictis hoſti
bus: ab inſtantibus malis: et
periculis vniuerſis: et a morte
perpetua liberemur. Qui vi-
uis et regnas cum deo patre
in vnitate ſpiritus ſancti de9:
Per omnia ſecula ſeculorum.
Amen. Verſus. Domine ex-
audi orationem meā. Et cla-
mor meus ad te veniat. Ver-
ſus. Benedicamus domino.
Deo gratias. In omni tribu
latione et anguſtia noſtra.

Succurre nobꝭ pia virgo m̃a
ter Maria. Amen. Deus det
nobis ſuam pacem Amen.

Joan̄es Schönſperger. Ci=
uis Auguſtanus imprime
bat. Anno Salutis.
M.D.xiiij.iij.Ka
lendas Ja=
nuarij.

Univ. Bibl.
München

Preca-
tion-
es.

1514

Ci
9